



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

37. Quo ordine facienda sit correctio fratern? Ex p. 7. t. 3. r. 35.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

De Correctione Fraterna. Ref. XXXVII. &c 301

RESOL. XXXVII.

Quo ordine facienda sit correctio fraterna? Ex p. 7.
u. 3. Ref. 35.

§. 1. R espondeo. faciendam ordine, quem Christus Dominus in Euang. prescripsit: hic autem ordo a Christo praescriptus fuit. Primo, ut deinceps secretum monatur: *Corripe cum inter te, & ipsam solum*, ait Christus, Matth. 18. Hoc tamen intellige, modum delictum sit occultum, ut patet ex infra dicendum. Secundo, ut coram testibus corrigitur, si priuata, & secreta monitione non proficiat: si te non audierit, adiube tecum adhuc vnu, vel duos, vel in ore duorum, vel trium stet omne verbum. Tertio, ut Praelato denunciet, quoties correctione feriatur primis duobus modis non proficit. *Quod si non audierit eos, dic Ecclesie, ait Christus potuisse, si neque Ecclesiam audiatur, sit tibi sciret Ethnicus, & Publicanus.*

RESOL. XXXVIII.

An modus prescriptus a Domino Matth. 18. in faciendo correctione continet praeceptum, vel consilium solum?

Et an ordo correctionis prescriptus a Domino semper sit sub praecepto fernandus? Ex p. 5. tractat. 13. & Milc. 1. Ref. 42.

§. 1. V erba Christi Domini in supradicto loco non continere praeceptum, sed solum consilium, tradunt aliqui, quos non insinuat citat, & sequitur Hortad. de Mendoza vol. 2. in 2. 2. dispt. 16. 3. fett. 5. §. 207. vbi sic ait. Non erit difficile colligere, an illa verba Christi praeceptum continant, an consilium? Pono esse praeceptum de correctione fraterna, item de premonitione secreta, antequam deferatur clementia occulte, & paternae ad alium, si aquae bene speratur profutura, aut parum minus. Item pos hoc praeceptum contineri in verbis Christi per similitudinem; affero tamen verba Christi, ut ab ipso dictum est praeceptum, sed consilium, nec ibi praeceptum modum correctionis fraternae, de qua disputamus. Bernard. de Arevalo satis docet hanc conclusionem docet, in quena tamen inuectus est P. Valent. tom. 3. dispt. 10. punct. 5. §. 1. quem vers. ex quibus patet, intolerabilem, & singularem appellat; quia adversatur communis sententia Theologorum, ac Patrum, nullisque firmis innititur fundamentis. Et quidem non est singularis, siquidem D. Bonav. sequutus est opinionem eamdem in c. 17. Luca. Si peccauerit in te, &c. ait enim. Hic autem ordo congruitatis est, non necessitatibus. Cerum est non esse praeceptum de illo ordine ferendo in peccatis venialibus. Item si de solis agitur mortalibus iniuriosis, non est praeceptum de illis ciuiliter condonandis, quia possimus satisfactionem petere. Ut autem videoes Bonavent. & Arevalum non fuisse singulares, audi Maldon. Matth. 18. 15. Origenes inquit, tr. in Matth. 6. de solis venialibus, siue contra nos, siue contra Deum factis locum interpretatur. Hieronymus, Hilas. Chrysost. Ambro. in c. 17. Luca. August. serm. 16. de verbis Domini secundum Mattheum. Theophyl. & Euthymius de moralibus; sed de his tantum quae contra nos, non de his, quae contra Deum sunt. Nam ea non sunt dissimilanda. Hac ille. Ergo non est praeceptum, quia dissimilatio nostra iniuria non est praecepta, quia licet possimus eam non dissimilare, & petere possu-

mus satisfactionem, maximè cum publica est iniuria. D. Mal. ibid. ait, aperte illud esse consilium. Sed etandum enim est, inquit, Christi consilium, ut peccatum non acerbi accelemerit, sed benigne corrigitur. Pater Salm, tom. 4. in Euang. tr. 17, censet hanc opinionem Arevali esse probabilem, quod ibi late confirmat. Caietan. addi. & tunc id fatis opere dixit, affirmans meam iniuriam posse a me condonari, & accusari. Stella in Luc. 17. in illud, *increpa illum*, afferit, non posse certum ordinem praescripsi. In his, inquit, regula certa dari non potest, quando hec statim dicere Praelato, &c. At regula a Christo ibi insinuata certa est, censet ergo Stella eam non esse praeceptum de ordine correctionis. Barthol. Pisanus accipit verba de peccato digno excommunicatione, in quo quia publicum, non obligat ille ordo. S. Thomas quod. 1. 1. eum ordinem non colligit in occulta delatione, sed in publica, vt item 2. 2. q. 3. art. 7. & 8. Denique Pater Suarez, lib. 10. c. 7. n. 13. quamvis praecepit, primum naturale agnoscat, fatetur tamen id difficulter colligi ex verbis Christi, nam autem 15. ait difficultius esse praecepit, primum de inductione testimoniis, & quamvis S. Thomas censet eam esse praeceptum, ait Pater Suarez, ab eo id non probari nisi quadam coniunctio. Ratione probatur, quia remissio illa externa iniuriae non est praecepta, sunt duo conditions iniuriæ altera interna, qua desponit odium, quod concipi poterat in eam inferten-tem. Haec condonatio, seu odio carentia est de necessitate praecepti. Christus enim negavit nobis criminum venia, nisi remiserimus fratribus de cordibus nostris. Secunda remissio est externa, qua iniuriam ferimus non petita satisfactione, sed volumus externe etiam reconciliare nobis eum, qui intulit iniuriam. Hoc consuluit Christus, ut iam explicui, sed nihil horum est in praecepto. Ergo, verba Christi non sunt praeceptum. Minor probatur, quia non est de se peccatum petere satisfactionem, nec expectare, ut eam faciat, qui intulit iniuriam. Quo enim praecepto naturali aut positivo adstringitur affectus iniuria, ad conueniendum eum qui intulit? Hoc usque Hortadus vbi supra.

2. Sed pace viri doctissimi, hanc sententiam non approbo. Igitur cum D. Thom. 2. 2. q. 3. art. 7. & 8. & commun. Theologorum sententia omnino dicendum est, Matth. 18. praecipi ordinem, quem in correctione feruare debeamus, atque adeò quando adiungit conditions ad hoc requisita, nos sub peccato obligari eum feruare. Probatur primò, quia est communis omnium ferè Doctorum, paucissimis exceptis, qui nulla probabili ratione contrarium asserunt; quamquam nec illos credo generaliter contrarium velle asserere: siue nos nunquam obligari ad eum ordinem feruandum, sed forte solum volueremus non ita sape occurrere omnes circunstancias necessarias, ut obligemur eum feruare. Secundò, quia haec videtur etiam communis sententia Patrum, ut patet ex S. Aug. serm. 16. de verbis Domini, vbi hunc ordinem explicat Chrysost. hom. 62. S. Greg. lib. 4. Registr. epist. 36. vbi ait: Et nos quidem ferimus, quod veritas praecepit, dicens: Si peccauerit in te frater tuus, corripe cum inter te, & ipsum solum. Idem docent ceteri. Tertiò, quia hoc in iure Canonico sape à Pontificibus aut assertur, aut tanquam certum supponitur. Nam Innoc. III. c. cum ex iniunct. 1. 2. de hereticis, §. Nec quisquam, ait Cum aliud sit fratrem in se peccantem occulte corrumpere, quod quisque tenetur efficere secundum regulam Euangelicam, &c. Et c. non sit de indicite, cum recitasset dictum locum Matth. vocat eum regulam Euangelicam. Cum igitur omnis regula obliget, sequitur eo loco dari praeceptum. Item c. liceit Heli 31. de simonia, aperte dicitur secundum regulam Euangelicam correctionem charitativam necessariò praeclare denunciationem. Et haec omnia docet Coninch.

Cc dispt.

Tom. VII.